



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

14. Cur Pigmenius sibi de cæcitate sit gratulatus? & quam alij cæcitatatis  
suæ possint habere consolationem?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45653**

suas utilitates, commodaque videt, in ipsa cæcitate. Oculos perdidit, inquit ille, cui responsum est: *Quam multis cupiditatibus via incisa est, quam multis rebus carebis, quas ne videres, erudiendi erant. Non intelligis, partem innocentia cæcitate esse? Huic oculi adulterium monstrant, huic incestum, huic domum, quam concupiscat, huic urbem & mala omnia. Certè oculi irritamenta sunt vitiorum, & scelerum duces. Quæ non sunt accipienda in vituperium Conditoris, cuius admirabile & preciosum opus est oculus; sed ab illis in solatium considerantur, qui infirmitate aut cæcitate oculorum capti, non cæcam Deam id fecisse queruntur; sed ab eodem benefactore vero Deo alijs agnoscunt oculos claudi, alijs aperiri. Paria possunt, de alijs quoque corporum malis cogitari, paria de omni Fortunæ plaga, cuius immortale exemplum in S. Eustachio eiusque omni familia; & recentius, in Sosa eiusque generosa coniuge & toto comitatu, terra marique iactato, historici memorauerunt.*

Senec. lib. de remed. Fortunæ.

Quorum omnium inconstantissima felicitas, & toties rediens calamitas palam pronunciat, non in hac vita, sed alibi querendam esse veram felicitatem. *Magna hæc esse existimas, ait Philosophus, quæ relicturus es: & cum proposuisti tibi illam securitatem, ad quam transurus es, retinet te huius vitæ, à qua recessurus es, fulgor, tanquam in sordida & obscura casurum. Erras, Lucili; ex hac vita ad illam ascenditur. Quod interest inter splendorem & lucem, cum hac certam originem habet, ac suam, ille niteat alieno: hoc inter hanc vitam & illam. Hæc quia fulgore extrinsecus veniente percussa est, crassam illi statim umbram faciet, quisquis obstiterit: illa verò suo lumine illustris est. Nequit ergo obscurari. Verè ille ipsa Fortuna cæcior est, qui splendorem luci anteponit; fugit enim lucem, ut diem vesperitiliones, qui noctu in gladij fulgorem incurrunt. Fallit fulgor, lux ostendit, quod verum est bonum. Et, iudice Augustino, idèò Deus felicitatibus terrenis amaritudines miscet, ut alia queratur felicitas, cuius dulcedo non fallat.*

XIV. Senec. lib. I. epist. 21.

S. Aug. l. 2. de Verbis Dom. serm. 29.

C A P V T XXXIII.

*Quenam, in Fortuna casibus, è Seneca peti possint, contra impatientiam, remedia?*



Vdiuimus Augustinum docentem, quo pacto, humanæ felicitatis iactura parui æstimanda sit; quod etiam Seneca, Plutarchus, Petrarca, Bocatius aliique com-

I.

S f 2

plu-